

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii  
Tractatio Synoptica Institutionum Iuris Iustinianearum  
Theoretico-Practica**

**Mencke, Lüder**

**Lipsiae, MDCCXXXV**

**VD18 11839880**

Tit. IV. De Injuriis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-18253**

## TIT. IV.

## De Injuriis.

*Verbum Injuria quot modis accipitur.*

*Ex Ulp. l. 1.  
1. de inju-  
riis.*

**G**eneraliter injuria dicitur omne, quod non jure fit: specialiter, alias contumelia, quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ἕξω appellant: alias culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in Legè Aquilia damnum injuria datum accipitur: alias iniquitas & injustitia, quam Græci ἀνομιαν καὶ ἀδικίαν vocant. Cum enim Prætor vel Judex non jure contra quem pronunciat, injuriam accepisse dicitur.

*Quibus modis fiat injuria.*

1. Injuria autem committitur, non solum, cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed &, si cui convitium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat, nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum, aut carmen aut historiam scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: sive quis matrem familias aut prætextatum prætextatamve adfectatus fuerit: sive cujus pudicitia attentata esse diceretur: & denique aliis plurimis modis admitti injuriam, manifestum est.

*Ex Ulp. l. 1.  
5. §. 9. de  
injur.*

*Ex l. 10.  
cod.*

*Qui & per quos injuriam quis patiatur. De parente & liberis, viro & uxore, socero & nuru.*

*Ex l. 1. §.  
ult. de in-  
jur.*

2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum; sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: item per uxorem suam, id enim magis prævaluit. Itaque, si filiæ alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris; non solum filiæ nomine tecum injuriatum agi potest, sed etiam patris quoque

quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed & foror nurus nomine, cujus vir in ejus potestate, injuriarum agere potest. *Ex l. 2. eod.*

## De servo.

3. Servis autem ipsis quidem nulla injuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos & uxores; sed ita, cum quid atrocius commissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum servum verberaverit: & in hunc casum actio proponitur. At, si quis servo contumeliam fecerit, vel pugno eum percusserit; nulla in eum actio domino competit. *Ex d. l. 15. §. 45. de injur.*

## De servo communi.

4. Si communi servo injuria facta sit, æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri: sed ex dominorum persona, quia ipsis fit injuria.

## De servo fructuario.

5. Quod si ususfructus in servo Titii est, proprietas Mævii: magis Mævio injuria fieri intelligitur. *Ex l. 13. §. 47. de injur.*

## De eo, qui bona fide servit.

6. Sed si libero homini, qui tibi bona fide servit, injuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit. Nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi ferviente: ut toties admittatur injuriarum actio, quoties in tuam contumeliam injuria ei facta sit. *Ex d. l. 15. §. 48. de injur.*

*Pœna injuriarum ex L. XII. Tab. & ex Jure Prætorio.*

7. Pœna autem injuriarum ex L. XII. Tab. pro-



pter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummaria pœnæ erant constitutæ quasi in magna Veterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare: ut Judex vel tanti reum condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriarum, quæ ex lege XII. Tabularum introducta est, in defuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt, quæ etiam Honoraria appellatur, in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ. Qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore, aliud in mediæ actus homine, aliud in vilissimo vel compedito constituitur.

*De Lege Cornelia.*

8. Sed & Lex Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quod se pulsatum quis verberatumve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conductâ, sive gratis, sive hospitio receptus sit.

*De æstimatione atrocis injuriæ.*

*Ex l. 7. in  
fin. de in-  
jur.* 9. Atrox injuria æstimatur vel ex facto: veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus: vel ex loco; veluti si cui in theatro, vel in foro vel in conspectu Prætoris injuria facta sit: vel ex persona: veluti si Magistratus injuriam passus fuerit, vel si Senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat a liberis vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis patronique, aliter extranei, & humilis personæ injuria æstimatur. Nonnunquam & locus vulneris atrocem injuriam facit:

facit: veluti si in oculo quis percussus fuerit. Parvi autem refert, utrum patrifamilias, an filiofamilias talis injuria facta sit: nam & hæc atrox injuria æstimabitur.

*De judicio Civili & criminali.*

10. In summa sciendum est, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et, si quidem civiliter agitur, æstimatione facta, secundum quod dictum est, pœna reo imponitur. Sin autem criminaliter; officio Judicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet observando, quod Zenoniana Constitutio introduxit, ut viri illustres, quique super eos sunt, & per procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere, secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestius apparet. \* v. L. ult. C. hoc sis.

*Qui teneantur injuriarum.*

11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit injuriam, vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur. Ex l. ii de injur.

*Quomodo tollatur hæc actio.*

12. Hæc actio dissimulatione aboletur. Et ideo, si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non revocaverit; postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolare. Ex d. l. ii. §. i. de injur.

I.

**I**njuria accipitur vel generaliter, & completitur omne, quod non jure fit. PR. J. b. l. i. Pr. I. h. ff. b. L. 53. ff. d. furt. (a) vel specialiter, & significat aut contumeliam d. pr. l. 5. §. i. ff. ad L.

(a) Maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit. l. 53. ff. d. furt.

G g 3

Aquil.

*Aquil.* aut culpam late sic dictam, qua damnum datur per dolum, vel culpam licet levissimam; sic accipitur in L. Aquilia. *PR. J. b. l. 5. §. 1. l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. l. 44. ff. eod.* aut *adulter*, i. e. injustitiam judicis, non jure contra aliquem pronunciantis. *PR. J. b.*

II. *Injuria* est h. l. delictum *privatum*, l. 7. *C. h. dolo* in alterius *contumeliam* admissum, l. 1. l. 3. §. 1. ff. b.

III. *Injuria* dividitur (1) ratione modi in *realem* & *verbalem*, *realis* est, quæ *facto* alterius contumeliam respiciente infertur; vel in *corpore*, ut pullatione, verberatione. §. I. *J. b. j. l. 9. ff. b.* vel extra corpus, e. g. bonorum quasi debitoris dolosa possessione. *d. §. 1. j. 15. §. 33. ff. h.* item dolosa arresti injusti impetratione aut concessione. *Injuria verbalis* est, quæ *verbis scriptisve* infertur. §. I. *J. b.* Eaque vel dicta vel scripta, *Dicta* verbis injuriosis ore prolatis fit, v. g. blanda oratione pudicitiam attentando, l. 15. §. 20. ff. b. item gloriando de concubitu illicito cum virgine, uxore, marito, vel juvene. *a. d. §.* Quo casu læsis ad palinodiam, & poenam arbitrariam experiri licet juxta *P. 4. C. El. 45.* *Injuria scripta* verbis in scripturam contumeliæ gratia redactis perficitur; veluti epistola contumeliosa. *a. §. I. b. l. 5. §. 9. l. 37. ff. b.*

IV. *Injuriæ scriptæ* affinis est *famosus libellus*, *eln Pasquill*, qui est injuria, qua alicui *in scriptis* certum *famosumque crimen*, *O. C. a. uo.* occultato auctoris nomine, objicitur & in populum

lum spargitur. *l. un. C. d. fam. lib. O. C. art. 110.*  
 Huic crimini *præscribitur* jure civili 20. a. *l. 12.*  
*C. ad L. Corn. de fals. Jure Sax. Electorali* actio-  
 ni injuriarum ex hoc delicto motæ 31. ann. 6.  
 sept. 3. dieb. *P. 4. C. El. 46. §. Dergleichen.*

V. *Pæna famosi libelli Jure civili est capitalis,*  
*L. un. C. d. fam. lib.* late sic dicta, ita ut mortem  
 naturalem & civilem complectatur. *a. l. 28. ff. d.*  
*pæn. quæ statuenda in autorem, item dolosum*  
*Divulgatorem. d. l. un. Jure imperii & Saxonico*  
*talionis, O. C. a. 110. P. 4. C. El. 44. i. e. eadem,*  
 quam meretur delictum imputatum. Inventor  
 autem ejus & propalator arbitrarie coerceri so-  
 let, nec non autor illius, quando veritatem ob-  
 jecti criminis probat. *O. C. a. 110.*

VI. *Injuria* dividitur respectu modi (2) in  
 immediatam & mediatam, *immediata*, quæ per  
 ipsum *injuriantem* ipsi *injuriato* inferitur. *§. II. §. 2. I. h.*  
*J. b. mediata*, quæ mediate contingit vel *ratio-*  
*ne (a) facientis*, quando quis dolo curavit, ut  
 per alium injuria fieret, *§. XI. J. b. e. g. mandan-*  
 do, tum enim mandans & mandatarius injuria-  
 rum actione tenetur. *l. 11. §. 3. ff. b. (3) Patien-*  
*tis*, atque hanc patimur per personam subjectam  
 nostræ vel affectioni, vel Potestati, *Affectioni*  
*nostræ subest uxor. §. II. J. b. dummodo inju-*  
*riam inferens eam uxorem esse sciverit. l. 18. §. 4.*  
*ff. eod. contra ob injuriam illatam marito, uxo-*  
 ri non datur injuriarum actio. *d. §. II. (b) nisi*

(b) *Defendi uxores a viris, non viros ab uxoribus,*  
*æquum est. §. 2. J. b.*

forte injuria sit utrique conjugi communis. *l. ii. §. 8. ff. b.* Propter injuriam cognato illatam Cognatis neque injuriarum actione civiliter, neque criminaliter experiri licet. *a. §. II. J. b. l. f. ff. b. l. 46. ff. d. R. J.*

VII. *Potestati nostræ patriæ subsunt liberi*, unde, cum filiafamilias uxor injuria affecta est, dari potest injuriarum actio Patri ejus, focero in cujus potestate est maritus, præterea uxori, item marito. *§. II. J. b.* quo casu alia aliam non consumit *l. i. §. f. ff. b.* Verum *Jure Sax.* cum filiafamilias nupta pro persona sui juris habeatur. *a. R. l. i. a. 31. j. pr. J. d. tutel.* Patri ejus denegabitur hæc actio, ceu resp. *F. J. L. Mens. Aug. 706. ad conf. D. J. A. W. und Consorten*, ut & focero, quando filius majorennis, instituta peculiari œconomia, nuptias contraxit. *a. P. 2. C. El. 10.* at filio in potestate constituto, Patri tam suo quam filii nomine permittenda est injuriarum actio. *a. l. 17. §. 20. f. ff. b. l. 2. eod. ceu resp. F. J. L. M. April. 1706.*

VIII. *Potestati Dominicæ subest servus* cui illata injuria tangit Dominum, si servus atroci injuria affectus sit. *§. III. J. b. l. 15. §. 34. 43. 44. ff. b.* maxime in contumeliam Domini *d. §. III.* Ita ut (1) ex persona s. conditione Dominorum servi communis, e. g. cum alius plebejus alius baro est. *§. 9. J. b.* fieri possit aestimatio injuriæ. *§. §. 4. I. h. IV. J. b.* (2) Domino proprietatis, non usufructuario servi, competat Actio *§. V. J. b.* nisi injuria in contumeliam ejus, cui servitium præstatur,



tur, fit; etiam servo alieno facta injuria illi, cui bona fide servit, Actionem injuriarum tribuit §. VI. *J. h.* Ceterum liberis hominibus, qui nobis b. f. serviunt (e. g. conducta eorum opera) injuria affectis, ipsi suo nomine actione injuriarum uti queunt, etiam *hodie*, hi vero, quibus serviunt, toties, quoties in eorum contumeliam injuria ipsis facta est. *a. §. VI. J. h. l. 15. §. 44. ff. h.*

IX. *Injuria* dividitur ratione gradus (3) in levem & atrocem. *Levis* est, quæ infert *exiguam* contumeliam. *a. §. 3. J. h. l. 17. §. 3. ff. h. j. Mand. d. injur. §. 17.* Ob eam condemnatum non sequi infamiam, *fac. l. 40. ff. b. c. 23. X. d. sent. & interl. Hodie* generaliter fere receptum esse videtur. *conf. Mand. Reg. de injur. & duell. d. A. 1712. §. 2. 3. Atrox*, quæ *atrocem* contumeliam infert. §. IX. *J. h. l. 7. §. 7. ff. b.* Hæc *æstimatur* ex circumstantiis aggravantibus, *j. Duell. Mand. §. 6. 7. seqq.* veluti (1) *facto* vulnerationis *d. §. IX.* (2) *loco d. §. e. g.* si quis alium percutiat in curia civitatis, Principis, aliove loco privilegiato, *am gefreyten Orte*, atque tum pœna arbitraria gravior reo imponi potest, (3) *Persona* videlicet (α) Magistratus, cui illatæ injuriæ quandoque ultimo supplicio puniri, *P. 4. C. El. 43. & intuitu officii factæ ac notoriæ*, ex officio vindicari queunt. *c. 1. d. pœn. 6. conf. Mand. R. d. injur. §. 3. 4.* (β) Parentis *d. §. IX.* (4) *loco vulneris* nonnunquam, ut oculo læso vel excusso §. IX. *J. h.* quo intuitu etiam *hodie* augeri injuriæ æstimationem certum est. Ceterum atro-



ces injuriæ non saltem in patrem sed etiam in filium familias cadunt. §. IX. *J. b. l. 9. §. 2. ff. b.*

X. *Injuria Producit Remedium* vel civile vel criminale. *Civile* vel generale, vel speciale. *Generale ut actionem æstimatoriam* (in desuetudinem enim abiit ob membrum ruptum talio propter os fractum poena nummaria LL. XII. §. 7. I. h. *Tabb. introducta. §. VII. J. b.*) quæ est prætoriam, personalis, mere pœnalis, a. l. 2. §. 4. ff. d. collat. annalis, l. 5. C. b. famosa l. 7. ff. b. competens *injuria affecto* adversus eam *inferentem* ad injuriæ æstimationem adjudicandam. §. VII. *J. b.* æstimatur autem injuria ex læsi dignitate, ac vitæ honestate, etiam in servo, d. §. Arbitrio judicis tanti, quanti injuriam passus eam æstimaverit, vel minoris. d. §. *Usu hodierno* plerumque minoris. Interim hæc Actio *hodie* apud nos multisque aliis in locis haud infamare videtur. *Ord. Pol. El. d. A. 1661. t. 5. C. S. p. 114. j. d. Jure Saxon. El. Mand. d. duell. de dato d. 2. Jul. 1712. §. 22.*

XI. Remedia specialia sunt (1) *Retorsio*, eaque est injuriæ *verbalis* illatæ *in continenti* facta *proportionata* in injuriantem *reversio*. Hæc in Imperio nostro moribus recepta & in Saxon. *El. per Dec. El. 58.* approbata est, sed vicissim abrogata. d. *Mand. §. 22.* (2) *Actio Recantatoria*, quæ est civilis, rei persecutoria, perpetua, qua *injuriam verbalem* passi adversus *injuriantes* experiuntur ad injuriæ *recantationem* faciendam, auf den *Wiederruff.* vid. *O. C. Part. 2. t. 28. §. 4.* ea sublata est per Rescr. Reg. de d. 4. Mart.

*Mart. 1716.* Hæc in gravioribus injuriis locum habet, in levioribus deprecatio, *eine Christliche Abbitte*, item Declaratio *eine Ehren-Erklärung*, hæc famam non onerat, eam igitur, circumstantiis urgentibus in judicio faciendam, deprecationis vice, dictavit *S. C. P. L. Term. Cruc. A. 703.* Recantatio autem moribus introducta. *d. t. O. C.* Ufu tamen *Saxonie* & imperii quodammodo famam suggillat. *Rescr. El. d. A. 1637.* unde *Reservatio fame* a judice facta salutaris & frequens est in foro imperii nostroque. (3) *Actio ex lege Cornelia*, atque hæc est *Civilis*, perpetua, *l. 5. ff. b. pœnalis*, competens illi, qui *verberatus* aut *pulsatus*, aut cujus *domus* habitationis *d. l. 5. §. 2.* (etiam conducta, aut in qua quis gratis hospitiove receptus est. *§. VIII. f. b.) vi introita est.* *d. §. VIII. j. L. 18. ff. d. in jus voc.* (c) adversus verberantem, pulsantem, vel domum vi introentem, *ad injuriam* arbitrio judicis *æstimandam*, æstimationemque Actori applicandam. *l. 37. §. 1. ff. b.* Quod si violentæ domus expugnationi accedat deprædatio, pœna Robbariæ, ultimi scilicet supplicii, locum inveniet.

XII. Hactenus de Remediis civilibus actum. *Criminale* autem *remedium* est *Extraordinaria persecutio*, qua *injuriam* quamcunque *passus injurianti pœnam extraordinariam* officio judicis irrogari petit. *§. X. f. b. l. f. ff. b. j. P. 4. El. 42. §. 10. I. h.* *§. darüber.* *Hodie ea* vel sola institui potest, vel,

(c) *Domus tutissimum* cujusque *refugium* atque *receptaculum* est. *L. 18. ff. d. in jus voc.*

ut

ut plerumque fit, cum actione alia, e. g. ad Pali-  
nodiam, cumulari. *d. C.* Imo propter injurias  
scandalosas, ob gravitatem vel notorietatem,  
Magistratui etiam ex officio inquirere, & ob gra-  
vitatem injuriarum personale arrestum decerne-  
re. *Mand. Reg. §. 54.* atque hoc neutiquam per  
appellationem suspendere. *§. 55.* inque reum  
animadvertere permittitur. *a. l. 13. ff. d. off. Praef.*  
*Ref. Gr. El. d. 1609. gr. 5.* Quomodo in Saxon.  
*El.* obtineat *der Rügen-Process* *Vid. Mand. Reg.*  
*d. Duell. d. 2. Jun. 1712. §. 22.* Illa extraordina-  
ria persecutio *vicennio praescribitur. a. l. 12. C.*  
*ad L. Corn. d. Fals.* etiam *hodie* atque in ea jure  
Civili procurator neque ex parte Actoris neque  
ex parte rei admittitur, exceptis personis illustri-  
bus, iisque qui super eos sunt, quibus licet per  
procuratorem litem suscipere vel movere. *§. X.*  
*J. b. l. f. C. b.* *Hodie* vero ex parte accusatoris  
semper, *O. C. a. 12.* ex parte rei, quando ad pœ-  
nam corporis afflictivam perveniri nequit, de  
quo iudex arbitratur, procurator admitti solet:  
*at juxta Rescr. Regium de d. 4. Mart. 1716.* ad imi-  
tationem *des Rügen-Processus* præcise in pro-  
pria persona comparandum est.

XIII. *Injuria interit* (1) morte injuria affici-  
entis & affecti ante litem contestatam. *l. 15. §. 14.*  
*l. 13. l. 28. ff. b. (d)* (2) remissione actoris vel ex-  
pressæ e. g. pacto *l. 17. §. 1. ff. d. pact. j. L. 14. §. 9.*

(d) *Injuriarum actio in bonis nostris non computatur,*  
*antequam litem contestemur L. 28. ff. d. injur.*

*ff. d.*

*ff. d. edil. edict. (e) vel Tacita, quæ fit ab initio dissimulatione, qua quis injuriam derelinquit, dum eam statim passus ad animum non revocat. §. XII. f. b. Injuria sic remissa ex pœnitentia non potest recoli. d. §. l. ii. §. i. ff. d. injur. Tacita remissio etiam fit ex post facto (1) præscriptione, præscribitur autem jure civili Actioni injuriarum æstimatoriæ anno Utili. l. 5. C. b. j. l. i. l. 6. ff. d. Calumn. Jure Saxon. El. idem annus Civilis attenditur in injuriis levioribus, quamvis realibus, quoties earum coërcitio ad inferiorem jurisdictionem pertinet. P. 4. C. El. 46. §. also. at in gravioribus injuriis realibus, quæ superiori Jurisdictioni vindicantur, obtinet præscriptio 31. ann. 6. sept. & 3. d. P. 4. C. El. 46. §. so viel. conf. tamen d. Mand. Reg. §. 43. (2) Amicitia spontanea testatione j. d. Mand. §. 17. veluti conversatione familiari, secus igitur est, quando ex civilitate, aut officii ratione, contingit.*

## TIT. V.

## De Obligationibus, quæ quasi ex delicto nascuntur.

*Si judex litem suam fecerit.*

**S**I judex litem suam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur: sed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus est, & utique peccasse aliquid intelligitur, licet per imprudentiam: ideo videtur quasi ex maleficio teneri; & in

(e) *Actiones suas remittentibus non est dandus ad eas regressus. L. 14. §. 9. ff. d. edil. edict.*

quantum